

P V I S



1 6 0 3

Nouis honoribus Magisterij

H V M A N I S S I M I
S I M V L E T D O C T I S S I M I
V I R I , D N . I S A A C I G R E G O R I I ,
S E R V E S T A N I , A n h a l t i n i :

*Cum ipsi summus in Philosophia gradus à spe-
Etabili, & doctrinâ atque virtute præstantissimo viro, Dn.
M. MARTINO HILVIGIO, facultatis philosophicæ
in inclytâ VVitebergâ Decano, ad 9. Calend. Octob.
actu solenni decerneretur, & inter 35 Candi-
datos locus I X assignaretur:*

RECTORE

Magnifico & Clarissimo viro,
D N . M . L A V R E N T I O F A B R I C I O , H e b r e æ
linguæ Professore pub.


Gratulantur amici & populares.

V V I T E B E R G A E
Typis Simonis Gronenbergii,
Anno M. DC.

45.

bv.

60



AD DN. ISAACVM GREGORII,
SERVESTANVM, Anhalt. Amicum
& commensalem.

Numquid, ISACE, fallar ipse posthac,
Qui, haecenus tacitis repōsta votis,
Iam dextris video patere fatis?
Urgebas Sophien prius: sed ecce!

Si sic pergere perget ille, dixi,
Dicetur Sophiae ISACVS MAGISTER.
Quod dixi, VVitebergico Lyceo
Abundè fieri, reapse constat.
Audis ISACE? CANDIDATVS audis,
Audies etiam ISACE hinc MAGISTER.
Nec tibi inuideo, quod ipsa Virtus,
Et doctrina tibi, & schola ipsa, iam nunc
Publico sonat & sonabit auctū.

Iohan. Georgius Hochstaterus,
Kittinga-Fran. Poëta Laur.
& studios. VVitteb.



Gratulationes.

I.

S I caeca, & anceps illa gratulatio
Non improbanda, cum vita inseritur recens
Hominis, futurus, surculus, procacibus
Sortis sinistrae ludibrium impotens, jocis,
Hara criminum, quam virtutum ara, certior;
Congratulari quanto illi magis decet;
Spreto malo, bono hausto seminario
Nutritus, auctus, & lustramine entheo
Refectus, & firmatus, qui, Sapientia
Hominis meretur veri magna nomina?
Quid namq; vita est hac, nisi alea in scelus,
In damnum, & agritudines paratior?
Que, si anchoris non fulta stat Sapientia,
Quid est nisi clavo que trunca claudicat.
Navis, saburra aquo & ieiuna pondere
Factatur atris in tumultibus aquoris;
Quando suo furori Aquilo male imperat?
Quod Phœbus herbis, hoc nobis Sapientia est;
Ille sine hoc materiae agrimoniis,
Iniuriisq; strangulatae obortiunt;
Nos & sine hac brutis insultibus feri
Proiecta prada nostri corporis sumus.

A 2

Non



*Non nascitur, sed doctis in sapientia
Homo officinis formatus renascitur.*

*Favens tuis ergo, GREGORI, honoribus
Latum accino omen, atq; fausta comprecor:
Natalis hic tuus verus, Sophi inclyti
Quote suis sententiis creant Sophum,
Qui ceu tibi parit perfecta gaudia;
Sic commodorum mensibus patria cluat,
Canos Sibylla in annos fertilissimus.*

Basilii Plinius, Rigen. Lino.

II.

PArca domi penus est. Mea vena poëtica tentas
Marcida, strigoso tramite ducit aquas.
Quicquid adest reliquum, impendet tibi prodiga, quic-
Vena fluoris habet, vena teporis alit. (quid
Accipe iam Sophiæ non emta insignia; carâ
Parta sed ingenij sedulitate tuâ.
Accipe Leucorei modò donatiua Senatus
Inclyta: sed grauibus munera digna viris.
Sic frueri ingenio, studio, impensisque laborum,
Crescat vt exemplo Musica turba tuo.
Sic viue; vt tibi sit vita haud inuita futura;
Viuida sitque homini, viuida sitque Deo.

Casparus Plinius, Riga-Linonus.

III.

HΝΙ ΦΙΛΙΣ' ΙΣΑΑΚ, ΠΟΛΥΨΑΤΟΡ ΗΜΑΣ ΕΦΑΥΘΗ,
Ω ΣΕ ΦΙΛῆ ΦΑΝΕΡῶΣ ΕΝΝΕΑ ΤΕΚΝΑ ΔΙΔΕ:
ΤΑΥΤΑ ΣΕΦΑ ΚΕΦΑΛΗΡ ΕΞΙΘΚΛΕΘ ΕΞΝΕΣΙ ΔΑΦΝΗΣ,
ΧΡΥΣΘΟΡ ΚΑΙ ΘΕ ΔΑΚΤΥΛΑ ΚΥΚΛΟΡ ἔγει:

εκ παιδων

ἐκ παιδῶν δ' ἔλην καλοῖσι μαθήμασι τέρπης,
 πάντες σοφῶν δέλταε ἀμφοτέρησιν ἔλα.
 τοῦνεκα γήϊκτον θυμῶν, πολὺ φίλταδ' ἑταῖρε,
 ἄξια τῶν καμάτων ἠδ' ἐβραββα δέχου:
 ἦ γὰρ τῶν τίτλων τὸ παιδευτοῖο μαγίστη,
 ὅς δίδοται μῦσαιε ἀμφιπονῶσι σοφάε:
 ἡμαρ ἢ νύκτωρ ἀγαθοῖε τ' ἐπὶ γράμμασι γίγνη:
 ὡς κερ εἴ ἀνδρώποισ ἀφδίτων ὄνομα ἔχῃε.
 ταύτης δ' ἠ τιμῆε σι ἔγωγε συνήδομαι, ὡσπερ
 εἰκόε συγχαίρειν εὐτυχείοντι φίλῶ:
 καὶ δέομαι πατρῶε πάντων ἀνδρῶν τε δεῶντε,
 ὡς δῶνα δῆσῶ σοι βιότοιο χρόνον.

Andreas Striccius, Ambergensis,
 Palatinus.

IV.

P Vlchrius haud quicquam poterit virtutibus esse,
 Illas percupiat quod Deus ipse coli.
 Præ se namq; ferunt Christum, virtutibus omnes
 Qui exornant animas, & pietate, suas.
 Hæc duo cum teneas, dum gratas excolis artes,
 Ambit, amice, tuum Laurea grata caput.
 Nec tibi nunc maius, pro tali munere, munus
 HILVICHIVS posset (tu mihi crede) dare.
 Ergo SVI, & memor esto MEI, & sic dicito semper:
 HILVICHIVS vivat, FABRICIVS que simul.

Petrus Fabricius, Agathensis,
 Transylvanus.

V.

P Rimo vere solet ceu primùm fundere gemmas,
 Post folia & flores arbor opima suos;
 Nescis at ex toto quid sit prius inde futurum,
 Ac beet autumnus te veniendo madens.

A 3

Suauibus

Suauius hic etenim pomis ac mollibus uuis
Cellas atq; domos condecorare solet.
Ob quod letamur, nec ficto pectore grates
Mittimus eterno, qui regit astra, Deo.
Sic quoque sic ardor fluitat iuuenilis ab omni
Parte, noui primùm signa pudoris habens:
Deinde vides vires animi; ingenijq; vigorem,
Haud tamen ex illis scire futura potes;
Ni prius accedat iuueni maturior aetas,
Quae firmet mentem iudiciūque paret.
Fructibus illa beat iuuenes, & honoribus apta est,
Quae sunt virtutis praemia digna grauis.
Legitimos igitur cum iam suppleueris annos,
Persentis fructus, docte Isaace, tuos.
Nec de te poterit quisquam dubitasse bonorum,
Quin dederint certum tempora certa virum.
Gloria summa tui generis, virtute politus
Incedis, Sophiae munera grata gerens.
Serto cincte caput, percandida tempora lauro
Musarum in medio cinctus, amice, venis.
Fructus adest, letor, dedit hos autumnus honores,
Letetur mecum GREGORIANA DOMVS.
Ac velut ipse tuo meritò iam grator honori,
Gratentur reliqui non secus vsq; precor.

Christianus Pincouius, Serue-
stanus, Anh.

Quem



Quem prius Aonijs ignoto nomine Musis
 Terra tulit Sorabum, Leucoreisque Deis,
 En, nunc docta VIRVM satis apto nomine Musis
 Terra vocant Sorabum, LEUCORIDESQUE
 Sic ergo hoc titulo praestas, Isace, parenti, (DEAE.
 Atque tuis, toti ac rite decus patriae?
 Huic nempe acceptum referas, quod laetus ad vendas
 Pars bona, LEUCOREOS quam rigat Albis agros.
 Hic locus id fati tulit, ut ne cultior alter
 Te, patrios unquam viseret arte lares.
 Mentiar? ad procerum te vertas, Zoile, voces,
 Qui frontem inculti perpoliere viri.
 Sit, vel ut esse queat quondam patris amula virtus,
 Aemula doctiloquis vis pia, grata scholis.
 Quam prodisse tuo similes aliosque parenti,
 Quo nata est patriae gloria magna scholae.
 Ergo tibi his latis gratamur honoribus aucto,
 Et tenue adplaudit nostra Thalia melos.
 Namque aequum est, animi dum vincis dotibus, artem
 Corpore qui tractant more, modoque suam.
 Ius etenim hoc studijs sanctum dedit alma venustas,
 Tanta praere reliquis prosperitate frui.
 Quid generi est hominum utilius, quid dulcius orbi est,
 Quin opus efficiant & faber, & figulus?
 An non plus, vigiles qui pulpita sacra sequuntur,
 Et tenerum formant a tenero ingenium?
 Unde sacer praeco, simul & qui jura ministrat,
 In praecipis quisquam ne ruat exitium.
 Hinc morbo hic cautus cauet a symptomate; terris!
 Alter, quidve Hyades, Pleiadesve nocent.
 Quippe mori haec bona sola vetant, si credere Flacco
 Est vni, his caelum cuique recludit iter.

Non

Non tempus, nec edax tinearum rodere morsus,
Nullius hæc furis dextera sollicitet.
Ergo tuis his vsque bonis, Isace, fruare,
Hoc rectè titulo condecorate nouo.
Sisque, precor, Patriæ vas utile; quod tibi serues
Ad laudem clemens, Christe benigne, tuam.

Melchior Frencelius, Anhaltinus.

VII.

Est vetus, at verum (probat experientia) verbum,
Quo venire Dei dona labore ferunt.
Inde fit, vt virtus veniat sudore paranda:
Inde fit, vt maneat gloria nulla pigros.
Hæc etenim bona cuncta Dei quis quæso negabit,
Sit nisi, qui casu cedere cuncta putet?
Quisquis es ergo, altum qui vis conscendere collem
Virtutis, te fac ne via dura fuget.
Non aliâ ratione decus laudèmq; parabis,
Quæ durare tibi tempus in omne queat.
Nam rosa, quæ spinis careat, non prouenit vnquam;
Quæ careat stimulo, non apis vlla datur.
Clauiger exemplo tibi sit Tirynthius heros,
Arduus haud vnquam cui labor vllus erat.
Hunc non fortuito radiantibus intulit astris
Iuppiter, emeruit sed labor ille grauis.
Fallor? an & veteres, sua dum delubra locabant,
Hæc de re monitos nos voluere simul.
Namq; locus VIRTUTIS erat coniunctus HONORIS:
Ex quibus ille prior, ponè sed alter erat.

Nempe



Nempe sacrum nulli voluere pateret HONORIS
Templum, ni VIRTUS antea culta foret.
Vel quia perpetuò sequitur, præeunte labore,
Gloria virtutem, corpus vt umbra solet.
Sensibus hæc imis tenuisti, ISACE, reposta,
Semper & ante oculos illa fuere tuos.
Vnde dies noctesq; colens sacra munera Phœbi,
Sudasti in Clarijs perstudiosus agris.
Forsitan & stimulos cognomen subdidit ipsum,
Quo te Gregorium, dulcis amice, vocant.
Hoc etenim propriè, Graios si consulis ipsos,
Significat vigilem sedulitate virum.
Nominis ergo memor, vigilans vigilique labore
Es solitus studijs inuigilare bonis.
Nónne ego te crebrò vili, cum fortè venirem,
Accubuum libris assiduùmque tuis?
Hinc noua iam surgit merita tibi laudis origo,
Pròque labore refers præmia digna tuo.
Namque brabea vides, aurùmque, librùmque, mitràmque,
Quæ Phœbus confert ipse brabenta tibi.
Iam nomen poteris meritò vsurpare Magistri,
Artes iam poteris iure docere bonas.
Hac vehementer ego de re tibi gratulor, vtq;
Fausta sit illa tibi, fausta tuisq; precor.
Perge, vt es exorsus, virtutem extendere factis:
Sic laudem à serâ posteritate feres.

Abrahamus Vierthalerus,
Coth. A.

B

Sit



VIII.

S I T, cur fortè roges, quid hæc recuset
 Nunc, I S A C E, tibi Thalia nostra,
 Quæ iam non renuunt fide probatâ
 Spectati iuuenes virique, multâ
 Doctrinâ & grauitate singulari
 Præstantes, sua vota dum precésque
 Addunt hisce tuis honoribus, quos
 Iam cernis tibi traditos perenni
 Applausu Dryadum, nouémque cantu
 Sororum, coluisse quas tenellis
 Ab annis studio modestiâque
 Res iucunda fuit decúsque summum!
 Nec certè immeritò virùm caterua
 Doctorem bona iam tibi precatur;
 Tum nec immeritò canunt ouantes
 Atque jò resonant puellularum
 Chori, quòd tibi bacca sit tributa,
 Quæ vestit caput vndiquaque, quando
 Virtutis comes est Honor fidelis.
 Hanc Solem sequitur velut coruscum
 Splendor, si radios suos remittit
 In terræ varias polique partes:
 Ac Natura tulit laboris hancce
 Legem, vt qui cuneos apis tulerunt,
 Possint melle rosaceo fruisi:
 Fronti quique suæ cauet tenellæ,
 Nec perferre cupit doloris ictus,
 Huic semper quoque dulce mel negetur;
 Armant nempe rosas vepreta suaues,
 Custoditque apiarium valenti
 Ceu quodam agmine grex laboriosus,
 Ne cellis rapiat genus molestum

Fucus

Fucus, quem posuit modis retortis,
In cerâ tenerâ fauum liquentem.
Ac sic parta venit labore magno
Et sudore simul corona, quam quis
Ingenti cupit inde cum triumpho
Reportare, sibi darique palmam
Victricem, strepitu virum fauenti.
Hæc ergo reputans, I S A C E, mente,
Collem Pieridum, licet refertum
Spinis & vepribus satis molestis,
Tu conscendere, tum caput periclis
Obiectare simul, ritè parasti,
Nimirum vt Clarijs queas referri.

Hinc fas ergo mihi tuo nouello
Gratari titulo, bonisque eundem
Votis condecorare, tum superque
His nunc addere vota, quò recedat
In laudem patriæ, Deique summi,
Quod tibi precor: his vale G R E G O R I.

*Laurentius Zelle, Co-
thonus, Arb.*

IX.

*S*Trenuus in studijs qui nocte dieque laborat,
Is tandem latus premia digna feret.
Nam veluti florum R O S A flos gratissimus vnus,
In spinis nascens, fulget amicta comis:
Sic quoque res tristes & duras magna sequuntur
Cōmoda; & hinc veniunt premia, fata, quies.

B 2

Te



*Te licet initiò Phœbus, dulcisque Minerva
Vexarint graviter: nunc tibi dona dabunt.
Accipe, qua tribuit meritò tibi munera Pallas,
Nomina quò magno magna labore feras:
Hinc etiam gestes gemmam titulumq; MAGISTRI,
Unde tibi constans gloria, splendor, honos.
Gratulor ergo tibi gemmam, nitidamq; coronam,
Hæc, ISACE, tibi signa laboris erunt.
Opto, precor, crescant vitæ tibi secula multa,
Et patriæ gremio sis decus, opto, precor.*

Iohannes Bobbius, Cothö-
nus, Anhaltinus.

x.

Ceu facies rerum Riphæo tunditur Euro,
Tempore brumali, cernitur atq; dolens;
Gaudia quæq; latent, animus quoq; mœret & hæ-
Plena nec auditur Musica lusciniæ. (ret,
Vndiq; sylvarum Boreæ tum raptat in auras
Ira comas, positâ sub niue terra latet.
Ast vbi floriferi succedunt tempora Veris,
Protinùs exiliunt quæq; creata simul.
Tunc volucres cœli concentibus aëra clarum
Mulcent, & viridi gramine vernat humus.
Haud aliter Musas ambit qui, limine primo
Sisyphæus labor est, continuusque dolor.

Præ-

Premia pro gnauo verum benè multa labore
Obtinet, immensum qui superavit iter.
Scilicet huic floret laus, gloria, fama perennis
Permanet, & splendor non moriturus adest.
Hæc tibi iure pius Musarum, & cultus Apollo
Vendicat, & tribuunt nostra Lycea gradum.
Impiger Herculeos siquidem tolerare labores
Annuis, ad pulchras dum cupis ire vias.
Ergo tibi dignum, quod parest, grator honorem
Hoc humili, atq; precor prospera fata, metro.
Georgius V Varsch, Cam-
bensis, Palat.

XI.

Vicinus comes est honos labori,
Et pugnam sequitur triumphus acrem:
Quare cum studio sacris Camænis,
Gregori, pater artium bonarum,
Ardenti inuigilans hæctenus, nec
Detrectaueris ardui laboris
Quicquam: Leucorides tibi capillos
Cingunt iure sacra stolone lauri;
Quos semper tibi prosperos honores,
His opto tenuissimis phaleucis.

Iohannes V Veichselius, V Wilden-
reutensis, Palatinus.

B 3

Ardua

XII.

Ardua qui ducunt armis animoq; virili
Prælia, præclaram laudem famamq; merentur.
Quid tandem pretij, quid tu mercedis habebis?
A primis annis Musarum castra secutus?
En nomen clarum, laudem, titulumq; Magistri,
Et famam celebrem, quæ plurima secla manebit.
Hos ego nunc meritò ex animo congrator honores
Ac titulum, quo te exornabit Leucoris alma,
Deum precor ac opto, viuas valeasq; superstes,
Ut possis multos patriæ decus esse per annos.

*Iohannes Stösselius, Amber-
gensis, Palatinus.*





Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

1077





B.I.G.

Farbkarte #13

XLVI.

45.

Louis honoribus Magisterij

MANIS SI
VL ET DOCTISSIMI
DN. ISAACI GREGORII,
SERVESTANI, Anhaltini:

*Summus in Philosophia gradus à spe-
doctrinâ atque virtute præstantissimo viro, Dn.
INO HILVIGIO, facultatis philosophicæ
Witebergâ Decano, ad 9. Calend. Octob.
solenni decerneretur, & inter 35 Candi-
datos locus IX assignaretur:*

RECTORE

magnifico & Clarissimo viro,
LAURENTIO FABRICIO, Hebræ
linguæ Professore pub.

Gratulantur amici & populares.

WITEBERGAE
typis Simonis Gronenbergii,
Anno M. DC.

br.

60

